

factum, completum, promissum, juratum, ordinatum, vel tractatum fuerit in prædictis, & circa prædicta certum, & firmum perpetuo habere, tenere promiserunt, & juraverunt, & aliquo tempore non contravenire sub obligatione suorum bonorum. Nomina consiliariorum sunt hæc: D. Ogerius canonicus, Manfredus Besurici bon.

Facellus D. Andreae, Odicio Blancus, Bergaminus, Bonifius, Redanus, Petrus Pertadea, Fatoinus, Ubertus Ollarius, Armandus Scote, Marefcotus, 10 Jacobus Gorberti, Henricus Boicii, Vialius Peolotus, Joannes Cacariolus, Niger Presbiteri, W. Petrus Bonus, Badalo, Petrus Gribarius, Aquideus Bordella, Nicolotus Gorgoglonus, Henriggio Bubulcus, Henricus Blancus, Fredericus . . . Barberius, Ogerius Boicii, Ralorgna, Rubeus Goslae, Gratuerius, Bonus Piper, Morandus Agrade, Manfredus Facellus D. Andreae, Percevallus de Porta, Ugo Piper, Otho Roba, Willelmus Boccazus, Willelmus Facellus D. Andreae, Petrus Besurii, Multura, & Ogerius de Castelletto (3), dando dictus D. Willelmus Joannes, & omnes consilarii supradicti Bartholomeo Agrado Notario licentiam reficiendi, & faciendi hanc cartam ad voluntatem dicti D. Marchionis, & D. Andreae, & hanc cartam fieri rogatus... Et ego Nicolaus Mansionis Notarius Palatinus his omnibus interfui, & hanc cartam, ut supra de eorum voluntate tradidi. Ego Henricus de Deigo (4) Palatinus Notarius interfui ad dictam donationem, & fidelitatem faciendam, 30 & hanc cartam scripsi voluntate dicti Domini Marchionis, & Andreae, & cartam Sindicatus.

(1) Maruello. (2) Cujuslibet cujus intererit.

(3) Licet nos propriis oculis authenticam scripturam inspexerimus, eamque uti potuimus diligenter exscribere conati simus, attamen ne videamur aliorum lectiones respuere, idcirco variantes hæc adtexere optimum putamus. Nomina consiliariorum sunt hæc: D. Ogerius canonicus, Manfredus Besurici, Bonus frater D. Andreae, Odicio Blancus, Bo- 40 pajus Boccazus. Matheus Podidis, Petrus Pelaboscorinus, Obertus, Olerius, Arnaudus Scote, Marefcotus, Jacobus Prosberici, Henricus Boccazus, Vialis, Peolotus, Johannes Catariolus, Niger Presbiter, Willelmus, Petro Bonus, Badillo, Petrus Carbonus, Aquedeus Bordella, Ricalottus, Gorgoglotus, Henriogia, Bubulcus, Enrietus Blancus, Fredericus Meride, Barberius, Ogerius Boicii, Rilorgna, Rubeus Gosle, Varnerius, Bonus Piper, Morandus Agradi, Manfredus frater D. Andreae, Perrivallus de Porta, 50 Ugo Piper, Otto Ruba, Willelmus Boccazus, Willelmus State D. Andreae, Petrus Besurici, Multieri, & Ogerius de Castilletto. (4) Trezo.

*Electio D. Bastardini de Monteferrato in potestatem Alexandriae.*

Anno Nativitatis Domini MCCLX., indictione III., die lunæ XIII. mensis decembris in pala- 60 tio novo communis Alexandriae, in reformatione consilii generalis facti dicta die, totum consilium voluit nemine discrepante, quod D. Bastardus de

Monteferrato capitaneus Alexandriae in nomine Domini nostri Jesu Christi sit, & esse debeat auctoritate præsentis consilii rector, & potestas civitatis & communis Alexandriae a kalendis januarii proximi futuri usque ad annum unum faciendo, & exercendo per se ipsum dictum regimen, seu podesteriam, ut alterum loco sui, & per se gereret, ponendo quæ voluerit, sive placuerit eidem, quod sit in sua electione, & mero arbitrio, & habendo pro suo salario dictæ podesteriæ libras mille, & trecentum Papienses, itidem quod alias ordinatum fuit potestatem Alexandriae eligendum debere habere: hoc acto, & dicto expressim, quod ipse D. Bastardus, ut alium quemcumque in dicto regimine sibi substituatur habere, & tenere continuo debeat in dicto regimine tres bonos judices suis expensis, & duo milites prudos, & discretos: debeat etiam jurare super capitulis communis Alexandriae, & eadem attendere, & inviolabiter observare: & si dictus D. Bastardus venerit ante calendas januarii prædictas, & dictum regimen juraverit habere debeat pro rata ipsum salarium per quantum ipsi ante ipsas calendas venerit, & juraverit regimen subscriptum & illud facere, & exercere: & D. Paganus de Puteo, D. Antonius Trotus potestas Alexandriae, una cum ipsis ceteris consiliaris hanc cartam fieri jusserunt. Interfuerunt testes Albertus de Pila, Emanuel de Mirabello, & Enricus de Boccacciis quondam Manfredus de Aquis. Ego Amat de Nigro S. Palatii Notarius hanc cartam mihi jussam scripsi.

*Approbatio Alberti Aquens. Episc. testamenti, ac legati Henrici quondam Episc. Aquens.*

Anno Domini MCCLXI., indictione IV., die Jovis III. februarii super solarium Aquensis præp. præsentibus D. Ruzia Abbate S. Petri de Aquis, D. Vellelmo Johanne, & D. Andona nepote ejus testibus rogatis ad requisitionem D. Oddonis Aquensis Archidiaconi, D. Lotharii præpositi Aquensis, D. Borivonis Archipresbiteri Aquensis, & D. Presbiteri Petri pro capitulo, & nomine capituli Aquensis, D. Albertus Aquensis Episcopus ratificavit, approbavit, confirmavit testamentum, quantum est in hac parte, & legatum factum dictæ Ecclesiæ Aquensi a dicto Henrico quondam Aquensi Episcopo, prout continetur in instrumento facto per Opizonem Notarium, qui sic incipit anno Dominicæ Nativitatis MCCLVIII., indictione I., die Veneris XXIV. madii in Castelletto Aquensi &c. volens dictum legatum ratum, & firmum perpetuo permanere, promittens dictum legatum ratum, & firmum perpetuo se habere, & nullatenus convenire, unde rogatus cartam fieri. Ego Bonusfilius Notarius S. Palatii &c.

*Fœdus Alexandrinorum cum Papiensibus.*

Anno MCCLXII., indictione V. die lunæ pridie calendas augusti in Palatio novo communis Papiæ in consilio mille credendariorum. Papiæ ibi-